

RESPONSIO M. BV CER I

liger, sed ipsi nostra aut non legunt, aut nolunt intelligere. Ecclesie sanctorum, aliud q̄ bla, scripta pleraq; iam Zuinglij & Oecolampadij agnoscunt. Vtinam ipsi nostras conscientiarum angustias audissent. Tanta enim modestia p̄ cōcordi, in hac re ueritate, ad ipsos aliquoties scripsimus, bis p̄prio nuncio, ut arguentes inde nos æquo timidiore, ex eo admonitionem spiritus fecerint, qua nos moneat errare. Sed præter hæc. Nobis non ita uidetur, rationes non admittimus. NON PERVINCE TIS, cum maiusculis literis, & lapsos nos esse, ubi id minime probatur, nihil responsi potuimus impetrare, reiectæ aliquoties literæ sunt, antequam lectæ, & alia humana, &c.

RESPONSIO AD DECIMUM.

Iterum scribit Lutherus nos iactare quod non prodeat nostraq; non confutet. Respondeo ut supra ad quartum, conuitijs & maledictis plus nimio prodit. Scriptura aut & rationibus nondum prodiit. Nam similia illa, de omnipotentia Dei quæ se in utero Deiparæ uirginis, exeruit, quæ se in granis frumenti, & semine arborum prodit, quorum refertus nuper quidam ab eo sermo editus est, nostra non confutant. Credimus siquidem Deum omnia posse, at facere ea duntaxat agnoscimus & confitemur, quæ de ipso prædicat scriptura, & quæ se ipsa effectibus, uti illa quæ in eo libello adducit, manifestant. Proferat scripturam quæ testetur quoties uerba illa super panem dicuntur, ad esse illico in pane realiter corpus Christi, ut quàm plurimæ gestatum & natum à uirgine testantur, aut per uir-
tutens